

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum homo debeat homini obedire? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

528 QVÆST. CIV. ART. I.

- ¶ Quarto , vtrum Deo sit in omnibus obediendum ?
¶ Quinto , vtrum subditi suis prælati teneantur in omnibus obediare ?
¶ Sexto , vtrum fideles teneantur secularibus potestatibus obediare ?

ARTIC. I.

546
sup. q. 69
ar 2. con.
q. 88
ar 10. ad
2. Gr. inf.
ar. 5. cor.
pri. et a.
6. ad 2.

Vtrum unus homo teneatur alteri obedire ?

A D primum sic proceditur. Videtur, quod unus homo non teneatur alteri obedire. Non est enim aliquid faciendum contra institutionem diuinam. Sed hoc habet diuina institutio, ut homo suo consilio regatur: secundum illud Ecclesiast. decimo quinto, Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Ergo non tenetur unus homo alteri obedire.

¶ 2 Præterea, Si aliquis alicui teneretur obedire, oportet quod haberet voluntatem præcipientis, tamquam regulam suæ actionis. Sed sola diuina voluntas, qua semper est recta, est regula humanæ actionis. Ergo non tenetur homo obedire, nisi Deo.

¶ 3 Præterea, Seruitia quanto sunt magis gratuita, tanto sunt magis accepta. Sed id quod homo ex debito facit, non est gratuitum. Si ergo homo teneretur ex debito alijs obedire in bonis operibus faciendis, ex hoc ipso redderetur minus acceptabile opus bonum, quod ex obedientia fieret. Non ergo teneretur homo alteri obedire.

S E D contra est, quod præcipitur ad Hebr. vii. Obedite præpositis vestris & subiacete eis.

RESPONDEO dicendum, quod sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus: ita etiam operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. Oportuit autem in rebus naturalibus, ut superiora mouerent inferiora ad suas actiones, per excellentiam naturalis virtutis collatae diuinitus. Vnde etiam oportet in rebus humanis, quod superiores mouant inferiores per suam voluntatem ex via auctoritatis diuinitus ordinatae. Mouere autem per rationem

& ve-

& voluntatem, est præcipere. Et idèò sicut ex ipso ordine naturali diuinitus instituto, inferiora in rebus naturalibus necesse habent subjici motioni superiorum ; ita etiam in rebus humanis ex ordine iuris naturalis & divini, tenetur inferiores suis superioribus obedire. Ad primum ergo dicendum, quod Deus reliquit hominem in manu consilij sui : non quia licet ei facere omne quod velit, sed quia ad id quod faciendum est, non * cogitur necessitate naturæ, sicut creature * al. agitur.

irrationales : sed libera electione ex proprio consilio procedeantur. Et sicut ad alia facienda debet procedere proprio consilio : ita etiam ad hoc quod obediatur suis superioribus. Dicit enim Greg. Vlt. Moral. * quod dum alienæ voci humiliter subdinetur, nosmetipos in corde superamus.

Ad secundum dicendum, quod diuina voluntas est prima regula, qua regulantur omnes rationales voluntates : cui una magis appropinquat, quam alia, secundum ordinem diuinitus institutum. Et idèò voluntas unius hominis præcipientis potest esse quasi secunda regula voluntatis alterius obedientis.

Ad tertium dicendum, quod aliquid potest judicari gratuitum dupliciter. Uno modo, ex parte ipsius operis : quia scilicet homo ad id non obligatur. Alio modo, ex parte operantis : quia scilicet libera voluntate hoc facit. Opus autem redditur virtuosum & laudabile & meritorium, præcipue secundum quod ex voluntate procedit. Et idèò (quamvis obediens sit debitur) si prompta voluntate aliquis obediens, non propter hoc minuitur eius meritum, maxime apud Deum, qui non solum exteriora opera, verum etiam interiorum voluntatem videt.

A R T I C O L I A S T R I D U Q U A

Vtrum obediens sit specialis virtus?

A secundum sic proceditur. Videtur, quod obediens non sit specialis virtus. Obedientia enim inobedientia opponitur. Sed inobedientia est generalia peccatum. Dicit enim Ambros. quod peccatum est.

547

2. d. 35.

4. 2. ad 5.

C. d. 44.

9. 2. a. 1.

C. Hebr.

2. 10. 1. fr.

in li. 2.

de para.

c. 8 par. II

ante me.

60. 4.